

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

504. An excipiens contra secundam pensionem, seu illam impugnans ex
eo, quòd non fuit facta mentio de prima, teneatur probare, quòd tempore
secundæ pensionis prima erat reservata, & quod erat valida.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

4. Ampliatur tertio, ut non suffragetur scientia aliunde probata. Ventrigl. loc. cit. Lott. n. 58.

5. Ampliatur quartio, ut non suffragetur ignorantia renunciantis, ignorantis beneficium, quod resignat, jam gravatum aliquam pensione. Paris. loc. cit. n. 48. Idem est de ignorantia imponens beneficio pensionem, bonâ fide liberum esse putantis, quod tamen gravatum jam est alia pensione, ita ut invalida sit in hoc cau impositio novâ pensionis. Castrop. loc. cit. n. 6. citans Gamb. de potest. Leg. l. 6. n. 426. Azor. p. 2. l. 8. c. 9. q. 3.

6. Ampliatur quinto, ut annullata ex hoc capite pensione, resignantur non detur regressus. Paris. loc. cit. n. 49. citans Gamb. de pot. Leg. tit de pens. n. 232.

7. Limitatur contra responsio primò, ut hac necessitas exprimendi antiquam pensionem extendat se tantum ad pensionem antiquam validam, ita ut, si illa invalida est, impetrans de ea necesse non habeat facere mentionem in impetracione novâ; cum, quod nullum est, nullum præsteret esse eum seu impedimentum, iuxta regulam: non præstar. de reg. juris. Paris. loc. cit. n. 50. & 51. Ventrigl. loc. cit. Card. de Luc. cit. l. 4. n. 4. (addens hoc ipsum, nimur antiquam pensionem esse invalidam, seu exceptione elidibilem, ostendere, non incumbere pensionario, sed onus esse titularis, allegantis pro fundamento sua exceptionis, probare illam esse validam, effectuatam, & sine dubio exigibilem) Lott. loc. cit. n. 61. Circa quod tamen notandum, quod habet Laym. ad c. ad audiencem. de rescr. n. 3. nempe in impetracione beneficij (idem videtur de impetracione novâ pensionis) mentionem faciendam esse pensionis antiquâ, si ea titulo & jure beneficij Ecclesiastici statuta sit, esto ea iustitiae & simoniae possideatur, ne alioqui commodum ex sua iniuritate consequatur, & stultus melioris conditionis sit, quam sapiens.

8. Limitatur secundò à Paris. n. 52. ut necesse non sit, facere de ea mentionem, si ea non probetur acceptata, citat pro hoc Mand. in signat. grat. tit. pensiones.

9. Limitatur tertio, ut opus non sit facere mentionem prioris pensionis, si ea jam extinta sit. Paris. loc. cit. n. 60. Sic Card. de Luc. de pens. d. 4. n. 8. consuluit, antiqua pensionis mentionem nullam faciendam in casu, quo titularis satis fundatam habebat intentionem credendi, illam jam extinctam per mortem pensionarii, dum nimurum Cardinalis pensionarius in vim induit pensionem transtulerat, quam titularis putabat & prætendebat invalidam, hanc credulitatem confirmante diuturno silentio translatarii, eam per viginti annos non exigentis.

10. Limitatur quartio ab eodem Card. de Luc. loc. cit. n. 7. ita ut, si fiat reservatio motu proprio super beneficio vacante, occasione illius provisio- nis, sive etiam ex causa resignationis, concurrente bonâ fide, si antiquâ pensionis mentio facta esset in parte, sustinenda sit penitus nova prærata narrata ob cessantem rationem deficitis voluntatis Pa- pa, cum versemur in materia dividua.

11. Limitatur quintò à Paris. loc. cit. n. 59. quando mentione pensionis facta est in genere; unde etiam n. 55. idem sic limitat (prout ait decimus in Valen. pens. 15. Jan. 1552.) ut sustineatur reservatio secunda pensionis, non factâ specificâ mentione prioris, dum adest in hac reservatione secunda clau-

sula: præsens & alia desuper pensiones assignatae non excedant medietatem fructuum: eo quod Papa saltem in genere cogitar de antiqua pensione, & satis expressum dicatur, quod continetur sub generalitate. Idque eo magis procedere ait idem Paris. n. 55. si in reservatione dicta pensionis aderat clausula, in qua datur facultas, quod priorum omnium major & verior specificatio fieri possit. Vel si aderat alia clausula, nempe: non obstante quacunque dicta Sedis indulgentia generali vel speciali, per quam presentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus dicta gratia pensionis impeditur valeat, vel quomodo libet differre, &c. utpote quæ clausula tollat omne impedimentum. Pro limitanda ultrius responsione sit.

Questio 503. An, dum plures sunt pensiones eidem beneficio impositae, non sufficiat in genere narrasse antiquas pensiones?

R Espondeo: Sufficere ut exprimantur generice & collectivè, modò verè exprimantur omnes, nec esse necessarium narrare omnes specificè. Ventrigl. loc. cit. n. 38. Lott. cit. q. 38. n. 62. dicens, in eo casu certos nos esse de intentione Papa, quod velit pensionem omnino sustineri; ampliarique tunc gratiam per hujusmodi adiectam clausulam; etiam super illius fructibus pensiones alia reservata existant. Et ne illa ampliatio in immensum excrescens nimis noceat titulari, statim subjugitur: Dummodo omnes pensiones hujusmodi simul fructuum medietatem non excedant: cuius posterioris clausula ratio longè sit diversa à natura prioris, utpote quæ adjicitur substantia ipsius reservationis.

Questio 504. An excipiens contra secundam pensionem, seu illam impugnans ex eo, quod non fuit facta mentio de prima, tenetur probare, quod tempore secunda pensionis prima erat reservata, & quod erat valida?

R Espondeo affirmativè. Garc. p. 1. c. 5. n. 565. citans Gig. Caputaq. &c. Rot. in Valen. pens. 25. numeri 1601. & sic alias sepe resolutum dicens.

Questio 505. An in impetracione pensionis Ecclesiasticae necessario facienda sit mentione de obtentis jam ante à reservatorio seu pensionario beneficiis & pensionibus?

1. R Esponder primò distinguendo Garc. p. 1. c. 5. n. 83. nimurum in impetracione pensionis ex causa lucrativa (qualis est omnis illa, quæ conceditur extra causam resignationis) facienda esse mentionem de jam obtentis tam beneficiis, quam pensionibus (nisi forte gratia reservata motu proprio, ut super Episcopatus) tum quod hæc pen- sio ex causa lucrativa sit loco beneficii; ad impe- trandum autem beneficium necessariò sit facienda mentione de obtentis beneficiis & pensionibus, ut idem Garc. loc. cit. n. 81. tum quod stylus Curia est, ut fiat mentione de obtentis. Econtra in impetracione pensionis ex causa resignationis necesse non esse facere mentionem obtentorum beneficiorum & pensionum; eo quod hæc pensio detur, ne resignans in resignatione nimium detremen- tum patiatur, adeoque hæc pensio succedat loco